BIBLIA,

Ad vetuſtiſsima exem-
plaria caſtigata.

In quibus præter ea, quæ ſubſequens Præfatio indicat, capita ſingula ita verſibus diſtincta ſunt, vt numeri præfixi, Lectorem nec remorentur, & loca quæſita tanquam digito demonſtrent.

hene 227. Anno

ANTVERPIAE,
Apud Viduam & Hæredes
Ioannis Stelſij.

AN. 1572.

CVM PRIVILEGIO.

F. IOHANNIS HENTENII NECHLINIENSIS IN BIBLIA LOVANII ANNO M. D. XLVII. EXCVSA ATQVE CASTIGATA.

PRAEFATIO.

MIRABITUR fortaſſe quiſpiam cur poſt tam multiplicia Biblia toties excuſa, conati ſimus alia ſaltem hac in lucem edere. Quare non inutile facturus mihi videor, ſi noſtri conſilij rationem, quam in hac noua Bibliorũ editione adornanda ſequuti ſumus, paucis expoſuero. Primum nemini obſcurum eſſe arbitror, quot technis ac cuniculis horum temporum hæretici id efficere conentur, ut ſacra litera ab ipſis ſtare videantur: potiſſimum autem diſtinctionibus quibuſdam textui temere additis vel ademptis: aut præfationibus, varijsq; marginum annotationibus adiectis, vel conſarcinatis prauis indicibus. Quibus ludificationibus adeo ſtudent nonnulli, ut his etiã quoſdam irretierint, qui toti in hoc erant, ut rempub. Chriſtianam promouerent. [redacted] Quum igitur his impoſturis optimos quoſque libros, tam ſacrarum literarum quam catholicorũ doctorum corruperint, ſtatuit optimo iure Cæſarea Maieſtas, pernicioſos huiuſmodi cuiuſuis idiomatis codices, e populi manibus auferre. In quibus primas facile obtinent Biblia: non ea ſolum quæ temeraria quorundam verum tranſpoſitione, additione vel mutilatione aperte corrupta ſunt: verum illa etiam in quibus, quod ad textum attinet, nihil prorſus immutatum eſt: indices tamen, præfationes, additiones marginales, ſeu librorum aut capitum argumenta huiuſmodi ſunt: ut ſi penitius quis introſpiciat, atque ad hæreticorum doctrinam iſta diligenter conferat, facile intelligat, etiamſi nihil præter ipſa ſcripturæ verba contineant, ea eſſe pocula, quibus occultius propinatur ſub melle venenum. Quis enim neſciat ad errores populares ſtabiliendos longe primam eſſe viam ſacrarum ſcripturarum prætextum, nihilq; ſecurius credi, quam quod ſcriptura docere, vel ſuis ipſa verbis expreſſe videtur? Hæc igitur conſiderantes, ſummiq; quod tota Latina Eccleſia tot ſeculis vulgata editione, in œcumenicis etiam concilijs ſemper uſa ſit, tam in fidei dogmatis definiendis, quam in hæreſibus condemnandis: atque adeo eam immotam eſſe oporteat, aut potius ad primeua ſua exemplaria reuocari: eo modo iam hic ſublatis edicto Cæſareo vniuerſis Biblijs, quæ quoquo modo aduerſari Chriſtianæ pietati videbantur: ſummo ſtudio curauimus, ex iuſſu, inſtructione et iudicio grauiſſimorum, longeq; eruditiſſimorum, & acerrimi iudicij Theologorum huius academiæ Louanienſis: ut comparatis vndiq; non ſolum quæ caſtigatius excuſa erant exemplaribus, verum alijs quoque plus minus viginti: quorum vetuſtiſſimum ante ducentos annos manu ſcriptum erat, alia ante trecentos, quadringentos, imo & ſexcentos vel plures etiam annos ex horum collatione reſtitueremus, quoad fieri poſſet, veterem ac vulgatam editionem ſynceritati ſuæ atque puritati: non miſcentes interim quæſtionem, Num Græcis et Hebræis vbiq; reſpondeat. Hac enim in re abunde nobis eſſe debet, quod ipſam reliquis omnibus ſemper prætulerit tota Latina Eccleſia, ſicuti iam prædiximus: maxime cum innumeris locis, non veteris modo teſtamenti, quod paſſim oſtendit Hieronymus, ſed & noui, Græca nunc deprauata comperiantur: quod apertius eſt quam ut ab eo negari poſſit, qui veterum auctorum tam Græcorum quam Latinorum, Græce tamen peritorum, monumenta perlegerit: quos frequentiſſime aliter legiſſe conſtat quam hodie Græci codices habeant. Id autem factum eſt, quum temporis diuturnitate, ac frequenti exemplaris in exemplar tranſfuſione, tum maxime ſtudio contentionis ſubcreſcentibus ſubinde nouis in Græcia hæreſibus: in quibus id accidere ſolet, ut dum quis propria auctoritate uti non poteſt (diui enim Ambroſij verba ſequar) ad victoriam verba legis adulteret, quo ſenſum ſuum quaſi verba legis aſſerat: ut non ratio, ſed auctoritas præſcribere videatur. Quod ſi Ambroſij ſeculo, atque etiam Origenis Græci codices variabant, ſicut docet vterque in quintum ad Romanos caput: quid de noſtri ſeculi Græcis codicibus iure exiſtimes? Hebræa vero quem in modum ſequi poſſumus? quum etiam ante Hieronymi tempora, plurimum vario modo aut legerint aut inclinauerint, Septuaginta interpretes, Theodotio, Symmachus, Aquila, Hieronymus, & is demum qui quintam ſiue vulgatam ante ipſum dederat editionem: ſiue id acciderit ob quorundam Hebræorum

elemen-

LIBER GENESIS, HEBRAICE BERESITH.

CAP. I.

Act.13.c.15. IN PRINCIPIO creauit Deus 1
17.f.24. cælum & terram. ¶ Terra autem erat 2
Psal.32.a.6. inanis & vacua, & tenebræ erant A
135.a.5. ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Domini
Eccl.18.a.1. ferebatur ſuper aquas. ¶ Dixitq; Deus, ‖ 3
Heb.11.a.3. Fiat lux. Et facta eſt lux. ¶ Et vidit Deus 4
Deus 1. lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à
tenebris. ¶ Appellauitq; lucem diem, & te- 5
nebras noctem: factumq; eſt veſpere &
Psal.32.b.6. manè dies vnus. ¶ Dixit quoque Deus: 6
135.a.5. Fiat firmamentum in medio aquarum: &
diuidat aquas ab aquis. ¶ Et fecit Deus 7
firmamentum, diuiſitq; aquas quæ erant
Iere.10.b.12. ſub firmamento, ab his quæ erãt ſuper fir- 8
51.b.15. mamentum. Et factum eſt ita. ¶ Vocauitq;
Psa.24.a.4. Deus firmamentum, cælum: & factum eſt
Psal.32.b.7. veſpere & manè dies ſecundus. ¶ Dixit verò 9
88.b.12. Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt,
135.a.6. in locũ vnum: & appareat arida. Et factum
Iob 38.a.9. eſt ita. ¶ Et vocauit Deus aridã, terram: con- 10
gregationesq; aquarũ appellauit maria. Et B
vidit Deus quòd eſſet bonũ. ¶ & ait, Germi- 11
net terra herbã virentem, & facientẽ ſemẽ,
& lignũ pomiferum faciens fructũ iuxta ge-
nus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſu-
per terrã. Et factũ eſt ita. ¶ Et protulit terra 12
herbã virentẽ, & facientẽ ſemen iuxta ge-
nus ſuũ, lignumq; faciens fructum, & habẽs
vnumquodq; ſementem ſecundum ſpeciem
ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ. ¶ Et 13
factum eſt veſpere & manè dies tertius.
¶ Dixit autẽ Deus, Fiant luminaria in fir- 14
mamento cæli, & diuidant diẽ ac noctẽ, &
Psa.135.b.7. ſint in ſigna & tempora, & dies & annos:
¶ vt luceant in firmamento cæli, & illumi- 15
nent terram. Et factum eſt ita. ¶ Fecitq; 16
Deus duo luminaria magna: luminare ma-
ius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt
Deus 2 præeſſet nocti: & ſtellas. ¶ Et poſuit eas in 17
firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram,
¶ & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent 18
lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet
bonum. ¶ Et factum eſt veſpere & manè dies 19
quartus. ¶ Dixit etiã Deus, Producant aquæ 20
reptile animæ viuentis, & volatile ſuper C
terrã ſub firmamẽto cæli. ¶ Creauitq; Deus 21
cete grandia, & omnem animam viuentem
atq; motabilem, quam produxerant aquæ
in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum
genus ſuũ. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ.
¶ Benedixitq; eis, dicens: Creſcite, & multi- 22
plicamini, & replete aquas maris: auesq;
multiplicentur ſuper terram. ¶ Et factũ eſt 23
veſpere & manè dies quintus. ¶ Dixit quo- 24
que Deus, Producat terra animã viuentem
in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias
terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita.
25 ¶ Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies
ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in ge-
26 nere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ, ¶ &
ait: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimi- Col.3.b.10.
litudinẽ noſtrã, & præſit piſcibus maris, & Infrà 5.a.1.
volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæq; *ter- 9.a.6.
ræ*, omniq; reptili quod mouetur in terra. 1.Cor.11.b.7
27 ¶ Et creauit Deus hominem ad imaginem *terræ 2.
D & ſimilitudinem* ſuã, ad imaginem Dei *creaturæ
creauit illum, ‖ maſculũ & fœminã creauit 10.
28 eos. ¶ Benedixitq; illis Deus, & ait: ‖ Creſ- *.12.
cite, & multiplicamini, & replete terram, & Sap.1.d.25.
ſubiicite eã, & dominamini piſcibus maris, Mat.19.a.4.
& volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus Eccl.17.a.1.
29 quæ mouentur ſuper terrã. ¶ Dixitq; Deus, Infr.8.c.17.
Ecce dedi vobis omnẽ herbam afferentẽ ſe- 9.a.1.
mẽ ſuper terrã, & vniuerſa ligna quæ ha-
bent in ſemetipſis ſementẽ generis ſui, ‖ vt Infr.1.9.a.3.
30 ſint vobis in eſcã: ¶ & cunctis animantibus
terræ, omniq; volucri cæli, & vniuerſis quæ
mouentur in terra, & in quibus eſt anima
viuens, vt habeant ad veſcendũ. Et factum Exod.31.
31 eſt ita. ¶ ‖ Viditq; Deus cuncta quæ fecerat: d.17.
& erant valde bona. Et factum eſt veſpere Eccl.39.c.21
& manè dies ſextus. Mat.7.d.37.

CAP. II.

1 IGitur perfecti ſunt cæli & terra, & om-
2 nis ornatus eorũ. ¶ Cõpleuitq; Deus die Exod 20.b.
A ſeptimo opus ſuũ quod fecerat: & ‖ requie- 11.31.d.17.
uit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod pa- Deu.5.b.14.
3 trarat. ¶ Et benedixit diei ſeptimo, & ſancti- Heb.4.b.4.
ficauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab om-
ni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret.
4 ¶ Iſtæ ſunt generationes cæli & terræ, quãdo
creata ſunt, in die quo fecit Dominus Deus
5 cælum & terrã, ¶ & omne virgultum agri
antequàm oriretur in terra, omnemq; her-
bam regionis priuſquàm germinaret: non
enim pluerat Dominus Deus ſuper terrã, &
6 homo nõ erat qui operaretur* terram*: ¶ ſed *tam 3.
fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam
7 ſuperficiem terræ. ¶ Formauit igitur Domi-
nus Deus hominẽ de limo terræ, & inſpira-
uit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, & ‖ factus 1.Cor.15.
8 eſt homo in animam viuentẽ. ¶ Planta- f.45.
B uerat autẽ Dominus Deus paradiſum volupta-
tis à principio: in quo poſuit hominẽ quem
9 formauerat. ¶ Produxitq; Dominus Deus
de humo omne lignũ pulchrum viſu, & ad
veſcendum ſuaue: lignũ etiã vitæ in medio
paradiſi, lignumq; ſcientiæ boni & mali.
10 ¶ Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis
ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur
11 in quatuor capita. ¶ Nomẽ vni ‖ Phiſon: ipſe Eccl.24.e.35.
eſt qui circuit omnem terrã Heuilath, vbi
12 naſcitur aurum, ¶ & aurũ terræ illius opti-

Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P.

Paleſtina, Conſperſa (ſub. cinere)
Paracletus, Conſolator, Aduocatus.
Paraſceue, Præparatio.
Paſcha, Tranſitus.
Pẽtateuchus, Quinq; volumina
Pentecoſte, Quinquageſima (ſub. die)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, Diſsipans.
Phares, Diuiſio, Filius Iudæ.
Phares, per ſin. 2. Para. 7. d. 16. Eques.
Pharisæi, Diuiſi.
Phaſe, Tranſitus.
Phaſga, Collis.
Philiſthæa, Conſperſa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phut, Aprica.
Pigmæi, Hebraice dicũtur Gamadim.
Probatica, Ouina. Locus vbi pecora ſacrificãda tenebãtur.
Proſelytus, Aduena, Peregrinus.

R.

Raab, Pſa. 86. a. 4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ouis.
Raguel, Paſtor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelſus.
Rameſſes, Tonitruum tinea.
Raphael, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblatha, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Reſpha, Extenſio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelſa, Sublimis.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelſa.
Ruth, Saturata.

S.

Saaph, Cogitans.
Saba, per ſin, Conuerſio, Captiuitas.
Saba, per ſamech, Circuitio.
Sabaoth, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabathiſmus, Requies, Ceſſatio
Sabbathum, Idem.
Sadducæi, Iuſti.
Sadoc, Iuſtus.
Sale, Miſſio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanaſar, Pax ligata.
Salmon, Pacificus.
Salomon, Pacificus.
Salomith, Idem, f. g.
Salphaad, Vmbra formidinis.
Samaria, Cuſtodia, Adamas.
Samſon, Sol eius, Nominis iteratio.
Samuel, Poſitus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphad, Iudicans.
Sara, per he in fine, Domina. Vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sarepta, Anguſtia buccellæ.
Saron, ſiue Sarona, Planities.
Satan, Aduerſarius.
Saul, Poſtulatus, Commodatus.
Saul 1. Regum. 9. a. 2. Hebraice Sual, Vulpes.
Scenopegia, Feſtum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Iuſtus Domini.
Segor, Paruus.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Diſſoluens, filius Iudæ.
Sellum, Pacificus.
Sellun, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Poſitus.
Semei, Obediens.
Semei 1. pa. 2. d. 28. nomẽ meũ.
Sennacherib, Rubus deſtructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharuaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, Pulchra, aut tuba, Exod. 2. c. 15. per ſin.
Sephora Exod. 2. d. 21. Auis. Paſſer, Vxor Moſis.
Seth, Poſitus.
Serim, Expanſiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus, Nilus.
Siloe, Miſſus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. a. 2. per ſamech.
Sin, per ſade, Arma, Scutum.
Sion, Aceruus. 2. Reg. 5. b. 7.
Sion, Deut. 4. g. 48. Strepitus.
Siſara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Cuſtos.
Sophtim, Iudices.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Suſanna, Lilium, Roſa.

T.

Tarſus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharſis, Contemplatio gaudij.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Teraphim, ſimulachra.
Thomas, Abyſſus, Geminus.
Topheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Caritas.
Timothæus, Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus Dominus.
Tubalcain, Mundana poſſeſsio.
Tyrii, Hebraice Sorim, id eſt, tribulantes.

V.

Vaicra, Et vocauit. Liber Leuitici.
Vaidabber, Et locutus eſt, Liber Numerorum.
Vaſthi, Potans, bibens.
Velle-ſemoth. Et hæc ſunt nomina. Secundus liber legis qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, Ignis.
Vrias, Ignis Domini.

Z.

Zabad, Dos, Dotatus.
Zabdi, Idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zacchæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Aemulator.
Zelpha, Diſtillatio oris.
Zorobabel, Alienus à confuſione.

ANTVERPIAE

Excudebat Vidua Amati Tauernerij, Sumptibus
Viduæ & Hæredum Ioannis Stelſij.
ANNO 1571.